impleturos. Ante hunc *Tractatum Tractatuum Iuris Venetum*, *Lugduni* Gallorum talis facta Collectio Scriptorum Iuridicorum antiquiorum, ſub Titulo: *Tractatuum Doctorum Iuris ſiue Oceani* Iuris, Nouem Tomis, *Lugduni* 1535. *f.* Huic ſubiungimus REPETITIONES *ſeu Commentarios in varia Iureconſultorum reſponſa*, *Lugduni* 1553. ex Officina *Hugonis a Porta* VIII. Voluminibus, quibus diuerſi minores Tractatus & Recitationes Profeſſorum Academicorum in certas Leges ſecundum ſeriem π. ſunt congeſti. Sic etiam varios habemus Tractatus de ſingularibus quibusdam Materiis, congeſtos. *Corpus ſelectorum Tractatuum de Pignoribus & Hypothecis*, *Francofurti* 1586. *f.* *Tractatus variorum de Dote*, *Francofurti* 1586. *f.* *Selectos Tractatus in materia Aſſecurationis & cautionis*, *Coloniae* 1569. *f.* *Selectos Tractatus de Succeſſione*, *Coloniae* 1596. *f.* aliosque. Opera quoque integra magnorum celeberrimorumque ICtorum diverſis Voluminibus iunctim edita proſtant, nempe ANDREÆ ALCIATI *Tomis VI.* comprehenſa *Baſileae* 1571. *f.* VDALRICI ZASII, FRANCISCI HOTTOMANNI, FRANCISCI DVARENI, BARTOLI, IVLII CLARI, aliorumque ANDREÆ TIRAQVELLI *Opera*, *Francofurti* 1616. *f.* *II. Tomis* edita multa continent ſingularia. MARTINI AZPILCVETÆ, *Venetiis* 1600. *f.* edita, *VI. Tomis.* FRANCISCI de CALDAS PEREYRA, *Lugduni* 1661. *f. VII. Tomis*, IACOBI CVIACII, quorum optima editio, quæ cura CAROLI ANNIBAL. FABROTI pro-